

August Varenius

**Decanus Collegii Theologici Augustus Varenius, D. ... ad Exequias quas Viro ...
Dno. Johanni Quistorpio, D. Theologo Professore ... Vidua, tanto mariti optimi
funere moestissima ... Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1670]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776780824>

Druck Freier  Zugang



Varenivs, A.,
in
J. Quistorp.

Rostock. 1670. /a

45

DECANUS
COLLEGIITHEO-
LOGICI

AVGVSTVS VARENIVS, D.

Serenissimorum Ducum Mekleburgico-
rum Consistorii Assessor & Professor Theologus,
Suo, & Amplissimi Collegii Nomine
ad EXEQVIAS

quas
VIRO pl. Reverendo, Amplissimo, Excellentissimo, DOMINO

DNO. IOHANNI
QUISTORPIO, D.

Theologo Professore celeberrimo, Fac & Coll. Senat.
SENIORI Dominici^o Jacobæi Rostochiensis Pastori æ-
stimatissimo, RECTORI Univerf. Rostoch. Magnifico.
Nobilissima Vidua, tanto mariti optimi funere mœstissima
*In Templo Mariano ad horam I. postmerid. parat, Optumorumque co-
rona celebrari frequentariq; exoptat*

Omnes Omnium Ordinum Cives Aca-
demicos & studii ac Collegii Theologici Fautores bene-
volos in publico doloris communionem evocat
Utque Viro Optimo, exequias frequenter eundo supremum
amoris & honoris officium persolvant, eâ, quâ fa seft
humanitate invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII Universitatis Typogr.



Quantum non solum Discipulorum suorum: sed & cunctorum mortalium, ab annorum, quibus hoc seculum circumscripsit, computo sive curiosiore calculo animos avocarit, ille qui idem est, & cujus anni non deficient, tantum veritati, ipsique Servatori magnam voce testanti: *De die illo. ac hora nemo scit, ne Angeli quis dem, nisi in caelo sunt, neque ipse Filius: sed Pater: igitur CAVE, TE, VIGILATE, ORATE: nescitis enim, quando tempus illud sit futurum Marci XIII, 32, 33.* tantum illi obstrepuit Mandato, hominum, non solum sciendi, quod Servator ait neminem scire posse: sed definiendi quoque adventus novissimi tempora temeritas. Turbarunt jam olim sub pallio Spiritus, traditionis, Epistolae, necessitatemque Apostolo injecerunt scribendi secundam ad Thessalonicenses, & in hac designandi certissimum temporum novissimorum praeludium, Apostasiam a fide, & revelationem hominis peccati, sedentis ad instar Numinis in templo Dei. 2. Thess. 2. 3. 4. Celebrata omnibus ferè retro seculis illa, quae in Judaeorum Scholis nata, a vetustis Catholicis scriptoribus, approbata, a Pico Mirandulano confirmata, ab Archangelo de Burgo novo, pro PICO calamum stringente est defensa, de *Sex milena-*

lenariis, & his quidem juxta Computū PICI exituris ad an-
num C. 1990, diē 25. qui adeo universo huic fatalis sit futu-
rus, Sanctorumque eousque superstitum & militarium; ;
natalis in cœlo ac triumphalis. Nihil attinet argumenta
excutere, quæ sive in וְיָרֵד מִן הַשָּׁמַיִם Mosaicum Gen. I, 2. desinunt
sive ex abusu loci Davidici Ps. XC. 4. & Petrini II. Ep. III. 8.
incedunt. Unde enim probabitur, *dies illos Dominicos*,
quorum singulos esse sicut 1000. annos, pronunciatum Pe-
tro, esse dies mundanos, quales illi creationis, ita ut apud
Deum detur proportio paritatis inter diē mundanum & chi-
liadem annorum? Fuerint sic 6. creationis dies, Deo 6. an-
norum chiliades, & contra, sex annales Chiliades, sex dies,
totumque illud de 6. chiliadibus absolutum intra ἑξαήμερον
& sic Princeps νερόμερον de duratione mundi per 6. chilia-
des, & harū proportione cum 6. diebus creationis evanesce-
ret: sed & quomodo correspondebit Chilia annalis Domini-
ca, solido diei mundano, si est sicut *vigilia noctis*, quæ absol-
vitur tribus horis, Magis? nec vana solum: sed & fallax Pon-
tificiorum computatio est, quæ ex Danielis & Apocalyptricis
numeris mysticis educitur. Quia enim menses 42. (quo-
rum mentio in Apocal. XI. 2. c. XII, 5.) facerent dies 1260.
(conf. Apoc. XI. 3. c. XII, 6.) & singuli, tres cum dimidio an-
nos, quorum unus *temporis*, duo *Temporum*, dimidium, *di-
midii temporis nomine* veniat in Daniele c. XII. 7. Apoc. XII. 14.
& tempus *duorum testium* à Bestiâ interficiendorum, Ipsi usq;
bestiæ Apocalyptricæ savientis in testes, illis numeris circumscri-
bitur c. XI. 3. 7. c. XIII. 5. concludunt inde non nisi 3 cum dimid-
annis prædicaturos Henochem & Eliam: ceterum quia
in Daniele c. XII. illis numeris adduntur primò 30. dies, &
paulò post alii 45. dies, ut sint ex calculo 1. dies 1290. ex
ultimo 1335, colligunt inde, *Antichristum uno solido mense*.
30. diebus post occisos duos Testes super futurum, & inter Antichristi

morietur

*mortem & finem mundi intervallum non nisi 45. dierum, Ut sic
revelato Antichristo & hujus & ipsius mundi dies fatalis ac-
curatissimè constare mortalibus possit. Apparet facillè, quid
sub hoc Schemate monstri nutriat Roma: ut sc. persuadeat,
demum revelandum magnum illum Antichristum, quem à PAULO
pictum sculptumve ex coloribus s. characterebus Paulinis 2. Theff. II, 4. & seq. undequaque in Ro-
mam Apostaticam contendentibus jam dudum revelatum agnovere
Cæsares, S. R. I. Principes, & ipsi Pontificii Scriptores, cui proinde
novissima mundi affingunt & fabulas de reverluris Henocho & Elia.
Sanè si non aliunde *reditus Elia*, probatus jam supponitur, quàm ex Apocal. XI. ruit totum
illud de Henocho & Eliâ interpretamentum. Si enim sic inferas;
Elias ante diem Domini magnum est venturus. Elias est translatus
E. manifesti sunt 4. termini, & inde ἀποδοξισία. Si sic;
*Elias est translatus. E. translatus velut olim rediturus, & porrò:
Elias translatus est rediturus. E. & Henocho translatus est rediturus,*
in 1. semel, in 2. bis petitur principium. Sanè *reditum Elia* in proprio
corpore, sive ad Judæorum conversionem, sive etiam Antichristi debellationem,
etiam vetus Ecclesia, vel hujus flos Patrum credidit Conf. Aug 1. 23. de
Civ. Dei c. 29. Chryf. hom. 38. in Matth. Sed præferendus tot ac tantis
patribus GABRIEL est Luc. I. 17. imò Christus ipse Matth. XI. 14. c. XVII. 10.
cui proinde, postquam luculentum evasit, quod tantos patres in errorum
induxit, caput erroris, ex appposito in Malachia loco, THISBIT Æ voca-
bulo, non potuit non velificari manifestum in ipsâ antiquitate
contradictionis signum, etsi etiam ELIAM Thisbitam illum in proprio
corpore ostendere possumus in Dialogo Christi cum Eliâ & Mose Luc. IX. 30.
Quàm autem egregiè Hieron. in ep. ad Marcellam n. 148. monuit, *Apocalypsin
spiritualiter intelligendam, aut abeundam in fabulas Judæicas,*
quem*

quē secuti Beda, Rupert. Tuit. Zelum Doctorum & in duali,
necessarium numerum testium, & suffragiorum, ne inter il-
las quidem Ecclesiæ calamitates defuturum, intellexerunt,
notavitque Ludovicus Alcazaringens in antiquitate bel-
lum de Comite Helia, Henocho an Mosei quem postero-
rem *per veritatis fidem necessariò adjungendum*, statuerat olim
Hilarius & hunc secutus ex recentioribus Maldonatus, *notã
impudentia inurens* id negantibus. Sed mittimus hoc bel-
lum Patrum & fermentum Papisticum, & redimus ad ratio-
narium temporum, in quo sanctius occupatum commemo-
rare licebat celeberrimum Theologum & Calviniano-
rum præprimis pallidam mortem ac pestem Philippum Ni-
colaj p. m. *in lib. 2. d. regno Christi* Ubi in *horã menses* Apoca-
lypticã pro ratione diei divini s. annorum millenarii, 41 cum
dimid. annis æstimatã, intellectis *Judaica conversionis temporibz*
inde ab anno Baptismi Joh. ad excidium usque Hierosoly-
morum, in stadiis autem 1600. Apoc. c. XIV. 15. 20. *Tempori-
bus gentium*, per quã Hierosolyma à gentibus calcanda me-
moratur Servatori Luc. XXI, 24. exeuntibus in annum
C. 1670. collatis quoque *annis antediluvianis* 1656. totidem-
que ab anno Christi 13. quo sedit Auditor & Doctor in Tem-
plo putatis, numeratis denique inde à Baptismo Johannis
totidem N. T. *Jubilais*, quot exacti in terris Servatori fue-
runt, anni ætatis sc. 33 cum dim. iisdemq; adeo per 49. mul-
tiplicatis, deduxit velut fatalem, terminis complemento-
rum Prophetiæ multum insignem, annum novellum.
præsentem cl. lxx. & retrò numerando ab hac epochã
computavit terminos à quo *Gogiticos* seu *Muhameticos*, quo-
ad infantiam per dies annales 1335. Dan. XII. 12. ad a. c. 335.
quoad *Adolescentiam* per numeros Apocalypticos c. IX, 15.
1073. annis descriptos, ad Annum C. 597. quoad *robustam vi-
rilisatem*, unde in Senectutem, sepulcrum & casum castrorum

Gog & Magog, catur per septem menses annales, & annos septem
ex Ezech. XXXIX 9. 12. ad A. C. 1453. eundem que casus Con-
stantinop. nec minus numeros Antichristi, quoad 42. men-
ses in Apoc. XIII, 5. descriptos per annos 1260. ascendendo ad
A. C. 410. quoad Casum Romæ, in quâ mentio unius diei, &
trium horarum sc. 1. Judicii, 2. Spoliæ, 3. ultimi excidii Apoc.
IIXX. 8. 10. 16. 19. quibus describi statuit summam 1224. cum
dimidio annorum ascendendo ad A. C. 546. ut sic ultima
hora exeat A. C. 1670. sed & illos 2. Testium Apoc. XI 3.
in quâ dies annales 1260. Prophetia, 3. & dimidium, mortis, hora
terra motus 41. cum dimidio annis circumscripta c. XI. 9. 13.
facerent summam 1305. annorum, inde ab A. C. 365. putando-
rum, locustarum quoque Apocalypiticarum de Anabaptistis
autore Carelstadio explicatarum per 5. menses annales s. an-
nos 150. inde ab anno 1520. numerandos, quæ singula pro-
lixè l. alleg. & operosè satis deduxit. Licet autem in nume-
ris his dentur hypothèses, quæ minutius excussæ, sustinere
solem non possunt, ne tamen Cordatissimo cetero qui Theo-
log. post fata quis insultare criticus temerè ausit, ipse provi-
dè satis, quàm facilis in calculo mysteriorum lapsus, proe-
stando portum occupavit: Ich protestire für der ganzen Christ-
lichen Kirchen / daß ich von grund meines Herzen allen Enthusias-
tischen Gedancken und Einfällen / dadurch sich ihrer viele un-
terstehen die Zeit und Stunde des Jüngsten tages / so der Vater
seiner Weisheit u. Allmacht vorbehalten / auszurechnen / Feind sey
& paulò post: Fragstu ob ich dafür halte / das eben im 1670. Jahr
der Jüngste Tag kommen werde. Antworte ich / von dem Ta-
ge und Stunde weiß niemand / auch nicht die Engel im Him-
mel / sagt Christus / derhalben ich protestiree / und zeuge auch
noch / daß ich von verborgenen geheimen Sachen / die ihm Gott
allein fürbehalten / nichts affirmiren / noch negiren will / es
wolle Gott einen jeglichen frommen Menschen für dieser tunkün-
Herr

heit / Frevel und Färwih gnädiglich behüten / es kan der jüngste Tag im selben 1670. Jahr einbrechen / welches wie ich nicht vor gewiß sagen kan / also will ichs auch nicht: muthwillig verleugnen / es kan kommen: daß Er etwas eher komme / es kan auch wol geschehehē / daß Er nach dem 1670. Jahr unversehens her einbreche / darumb wenn es anders gereth / und im 1670. Jahr das Ende der Welt nicht kommet / so sollen die Christliche Leser zu der Zeit wissen und sich erinnern / daß ich solches nicht für gar gewiß affirmiren und bestreiten wollen: sondern daß ichs nur lernens und nachforschens halber geschrieben und fürbracht habe / vid. l. 2. de regn. Christi c. 1. p. 90. & 98. & iterum c. 10. Ich setze / bestimme und nenne keine gewiß Jahr / darin der Jüngste Tag kommen soll (und soll mich G. D. behüten für diesen Gedanken / als wenn man die Zeit und Stunde des Jüngsten Tages gewiß erforschen könnte / derhalben ich dann hie abermal protestire / daß Ich / ob der jüngste Tag Anno 1670. werde einbrechen / weder für gewiß affirmiren / oder negiren will / Aber unter dem ist doch vermuthlich / das gleich wie die Morgenröthe den Tag verkündet / und gleich wie der angezündete Kerz und Fackeln in der finstern Nacht ein Zeichen sein / daß der Herr ist von der Hochzeit oder Gäßterey einkommen werde / also kan man auch an der H. Fackel des H. Evangelii abnehme dz der Tag des H. Erri: nicht fern sey / da der Himlische Bräutigam Jesus Christus in grosser Majestät und Herrligkeit von der ewigen Freuden Zeit wiederkommen / und dieser bösen Welt ein Ende machen wird. Ita laudatissimus undiquaque Hamburgensium Theologus Anno 1597. sibi ipsi, ne curiosorum temerariorumque computistarum secta accenseretur, luculentam Apologiam scripsit, & pia posteritati commendavit. Nihil autem novissimis illis certius. Prænumcia solis orituri nobilis aurora, accensæque jam faces & lampades oriturum mox Iustitia solem, processurum jam SPONSUM, non loquun-

loquuntur solum: sed & clamant s. vociferantur. In ipsa
intempestâ mediave nocte, propior magis atque magis exau-
ditur Clamor: *Ecce sponsus venit: exite in occursum ejus!* Matth.
XXV. 6. Prodigiola ubique & quæ non sacris, non sanctis-
simo Numini parcat Impietas, ac Comes impietatis regnat
securitas, & quod horrendum, diraque morte exterminan-
dum crimen est, in ipso orbe Christiano à sat multis Chri-
stus abiuratur, Diabolus adoratur. *An propter hoc non com-
moveretur terra & lugeret Omnis incola?* AMOSO^{us} ex bubulco per-
quirente sycomora, per vocationem cœlestem facto Propheta
Zelotæ, visus est stans super altari Dominus, ac dicens: *Percute a-
picem* (summitatem, superliminare, cardinem, Sphærulam)
ut contremiscant postes. Percussit Deus apices in Cande-
labro Ecclesiastico Mekleburgico, ominosâ terris his morte,
tres fulgidissimos Antistites, DN. ADOLPHUM FRIDERI-
CUM Preen/ gente Nobilem: sed Religione longè nobilio-
rem, præsulem Brandeburgensē, DN. DANIELEM JANUM,
Gustroviensem, & nuper DN. JOHANNEM QVISTORPI-
UM Rostochiensem, Presbyterorū hîc Seniorē, intra pauco-
rum mensium decursum, morte beatâ ex hac militante ad
triumphantem Ecclesiâ evocando. Percussit Apicem hujus A-
cademiæ, ipsum Magnificum Rectorem, cui ante duos menses
incolumi latoque laborum, in splendidissimâ nostri Ordinis
coronâ, Sceptra, regni Academici insignia, solenni ceremo-
niâ tradidi, ipsum adeo Navis Academicæ Governatorem, nec
ipso, nec quoquam nostrum facillè opinante, gubernaculo
navique, cujus ceteroqui nudum remigio latus, antennæq;
gemunt, excutiendo, inque pulvere mortis collocando.
*Quid mirum, si tremant postes? Justus perit & nemo percipit
corde. Homines benigni recipiuntur, nemine animadvertente,
ante adventum ipsius mali recipi justum. Et illi quidem ingredi-
untur pacem, requiescunt in cubilibus suis.* At, væ non animad-
ver-

ver-

vertentibus, qui dum *justus aggregatur* dicunt: *Venite, sumam* vinum, *ingurgitabimus nos potu inebriante, eritque similis* huius dies *crastinus, imo major hoc & excellentior*, quales Athei illi, quos facundo tonitru attonuit *Jesaias c. LVI. 12. & seq.* Quod si novissima quoque Sanctorum Virorum Omen habent, sane nec illud prætereundum in mæstissimo funere, **QUISTORPIANO** fuerit, quod in homiliis, quas diebus præfatis, *Beatus noster* habuit, iterum, iterumque concioni *Thema selegerit*, quod intonuerunt olim duo Angeli *Loti*, *Lotus futuris Generis: Machtet euch auff / und gehet aus diesen Dith / denn der Herr wird diese Stadt verderben /* Gen. XIX. 11. 14. eidemque *Themati prodigosè immoratus* immortalisque fuerit. *Prohibeat Deus Omen. Intercedat ad dextram magnus novi Federis mediator, & confessionis nostræ pontifex, ac superstites nobis servet reliquos, utrunque paucos, ne Sodomæ & Hamoræ similes simus.* *Ridiculum sanè illud, si cuiquam profano fuerit, respiciat ad generos Loti, quos quia non agnovere fatalem præconis iustitiæ vocem absumsit sulphuris & ignis supplicium* Recordentur jam egressæ *Sodomæ Uxor Loti, quæ retrorsum post Lotum intuita, momento statua salis est effecta.* Gen. XIX. 26. Ceterum cum *Viris Excellentibus peculiari quoque traditione Originum, cursusvè vitalis, ad tumulum scribendum commendandumvè sit*, in præsentis quoque **MAGNIFICI Acad. nostræ RECTORIS** ipsiusque adeò *Capitis funere*, ex quo non potest non totum Corpus vehementer dolere, illi mori studium operamvè nostram accommodabimus. Concessit sanè *Deus Beato nostro nuper Collegæ Viro Pl. Reverend. Ampliff. Excellentissimo DN. JOHANNI QUISTORPIOD. Theologo celeberrimo, cumulatissimè vitam quæ faciunt beatiorè, sic ut quæ multos divisa beatos efficiunt, collecta tenuerit.* Si quam claritudinem conciliat natalium decus, haut sanè tenuis

nuis illa felicitas natum fuisse Patre Reverendâ dignatione,
studiorum meritorumque publicorum laude celeberrimo
DN. JOHANNE QVISTORPIO, D. Theologo olim Profes-
fore celebratissimo, Senatorii Collegii, & Fac. Theol. Seniore
Dominici Mariani Pastore & Ecclesiarum Rostochiensium
Superintendente fulgidissimo, Collega olim per quinquen-
nium conjunctissimo & venerando, Matre BARBARA Doh-
mans / Femina sui sexus dotibus splendidissima DN. STE-
PHANI Dhomans / Senatoris Osnabrugensis, Magni illius
J Cti DOMANNI, Reipubl. Rost. & Hansæ Teutonicæ Syndi-
ci celebratissimi Fratris Filia. Cum verò non tam nativi-
tate carnali, quàm alterâ ex aquâ & spiritu censeatur verus
idemque cælestis Christianorum natalis, primaria hæc opti-
morum Parentum cura fuit, & post hanc, ut pietatis omnimo-
dâq; virtutis ac doctrinæ cultu, inde ab ipsâ infantia mol-
le pectus imbueretur & magis atque magis roboraretur.
Quanta autem illa felicitas p. m. QVISTORPIO nostro Juve-
ni, quod contigerit Informatore in humanioribus literis,
Græcis imprimis, frui Viro jam tunc & scientiâ juris & contu-
bernio literaturæ elegantioris clarissimo, nunc J Cto longè
celeberrimo, Judicii Provincialis Mekleburgici Vice-Præside
eminentissimo, legationum primariarum, aliorumque meri-
torum publicorum famâ undiquaque famigeratissimo, JO-
HANNE CHRISTOPHORO Hauswedel / Dn. Amico & Fau-
tore nostro æstimatissimo? cujus tanti Ductoris non minùs
ac max. Reverendi Patris p. m. conspirante suffragatione, an-
no clò lbc XLl. Academiæ Gryphicæ creditus, tantum & sub
illius Academiæ Professoribus, & reversus sub hujus Acad.
Doctoribus profecit, ut anno clò lbc XLV. gradum Magisterii
Philosophici magnâ cum laude reportarit. Licebat hîc com-
memorare, quæ ex juveniliùm Beati nostri annorum recor-
datione memoria suggerit, cum & per tempus benè multû
in Au.

in Auditorio publico & in Collegio Mosaico privato, anno hujus seculi 44. & 45. in elegantissimo aliorum Commilitonū numero Auscultatorem illum solertissimum habuerim, Examinibus quoq; Philosophicis, cum Gradum sibi conferri modestè peteret, & in magno Eruditissimorum competitorum numero auferret, interfuerim, viresque ingenii jam tum sollicitaverim: sed, quia succedunt majora, mittimus illa. Placuit optumo patri QVISTORPIO, Viro antiquā virtute & fide, ut cognominem Filium Dantiscum ablegaret. Nec Consilio defuit successus & exoptatissimus eventus. Hac enim ratione factum ut cū celeberrimo Theologo D. CALOVIO, magis magisq; studium modestiamq; probaret, in hujus comitatu iverit Thorunium, quodque tunc à S. Regiā Poloniæ Majestate indictum erat inter Romano-Catholicos, Lutheranos & Calvinianos colloquium Charitativum, oculis animisque usurpare, & discere quæ deinceps ex usu forent, potuerit. Thorunio Regium Borufforum montem studiorum causā adivit, & semestre, non audiendo solum Theologos & cum his conferendo: sed & Philosophica docendo, in inclytā Acad. exegit. Inde anno clo lxx XLVI. Havniam Danorum concessit, tum ut regiam totiusque Daniæ urbem primariam, in transitu lustraret, tum imprimis, ut celeberrimo Theologo BROCHMANNO, p. m. innotesceret. Redditus eodem anno patriæ, sub Reverendo Theolog. D. JOHANNES COTHMANNO, p. m. Moderatore, presidendo in Theologis, & sine moderatore in Chronologicis patriæ huic Academiæ probatum se dedit, quin & ex speciali indultu Concilii Academici, in Auditorio Boreali Mathematicam de Eclipsibus doctrinam, publicè proposuit. In fessā per annū patriā, Hamburgum, cumque hinc retinaculum quoddam eruditum, causasque morandi iniecisset celeberrimus Philosophus & Medicus DN. D. JOACHIMUS JUNGIUS, inde

per FRISIOS, Batavos petiit, & Iustratis in transcursu Groningâ, Franekera, Ultrajecto, Amstelodano, Lugduni Batavorum per semestre spatium substitit, collegisque ibidem docendo privatim habitis, usque adeo innotuit, ut Iuvenis Nobilis ADRIANI à Dunt / studiis Ephorus & cum eo Gallos, & Britannos aditurus designaretur, nisi in ipso conatu turbasset consilium, Mors Amplissimi Patris, inque patriam redire NOSTRUM compulisset. Et hoc unum fortè cursum felicitatis Juveni QVISTORPIO paululum interrupit, in quo tamen, si quis agnoverit annosum parentem vitæq; saturum, excessisse, non adeò magnum hoc in felicitatis sed gratiæ potiùs cœlestis peculiare beneficium æstimabit. Et quantis illa felicitatum cumulis vel auctariis compensata, tempestas est! Deceverat jam antea Nobiliss. & Ampliss. hujus urbis Senatus, Beato nunc, tunc Magistro & cultori Theol. fulgidissimo Professionē Theologicam. Igitur simul, Iustratis in transcursu Juliâ, tribus Saxonici, & Erfurteni Academiâ probatisq; ibi publicè privatimq; processibus, Patriæ redonatus, Professioni Theologicæ est accinctus. Excepit illam dignationem nova Archidiaconatus Jacobæi statio, in quâ magno illi Theologo LÜDKEMANNO, ab AUGUSTO Duce Brunsv. & Lunæb. augustiss. record. ad generalem Superintendententiam Guelphicâ, singulari divinitatis instinctu, ex Roseto hoc, in quo fuerat Liliū inter spinas, evocato successit. Nec sola illa, etsi jam duplicata felicitas. Cùm enim Vir Nobilissimus, Amplissimus & Consultissimus Dominus, DN. NICOLAUS Scharffenberg / D. J. Crus Excellentissimus S. Reg. Mai. Daniæ CHRISTIANI IV. inelytiss. record. Consiliarius & Consul Rostochiensis gravissimus, jam antea commendatissimum sibi Beatum QVISTORPIUM habuisset, Filiam virginem unicè dilectam, Nobilissimam fulgidissimamque, SOPHIAM Scharffenbergs / incomparabilē tori sociam,
nunc

nunc moerissimum Turturē, honestissimē ambienti QVI-
STORPIO p. m. connubio junxit stabili, propriamq; dicavit,
Signatā sunt tabulæ. Dictum FELICITER sed nec hæc sim-
plex felicitas esse debuit, cui proinde Doctoratus Theologi-
cus publicè in hæc Universitatē anno clbclL, collatus sese, af-
sociavit, sicut idem & nuptialis, & Doctoralis hono-
ris Beatissimo nunc QVISTORPIO dies fuerit. Iam in fa-
tigio videbatur Beatissimi nostri QVISTORPII, collocata
felicitas, cui tamen non defuere incrementa, & nova quoti-
diè auctaria. Quid enim amœnius, quid venustius illæ
thalami per solidos XX. annos concorde concordia, quæ
tanta inter hoc amantissimum par conjugum fuit, quanta nō
alibi major, adeo ut moerissima nunc vidua XX. illos annos
XX. dies reputet, & ex recordatione illius flammæ reciproæ,
tantò magis in lacrymas & planctus, abjecta, ferè præ
mœrore ingenti cum ipso Marito efferrī videatur? Leniat
dolorem tantòq; vulnere medicinam ferat, qui in Cantico
Moïsi clamat. *Videte nunc, me ipsum esse, & nullum esse Deum
mecum. Ego vulnere, & ego sano. Deut. XXXII. 39.* Nec sola illa
Concordiæ gloria: sed & nata donataq; concordibus soboles
utriusq; sexu venustissima, nova fuit domesticæ felicitatis se-
ges & materia. Nati mares JOHANNES NICOLAUS SS. The-
olog Studios. nunc floridissimus, THOMAS, STEPHANUS,
BERNHARDUS BALTHASAR, JOHANNES, THEODO-
RUS, ex quibus ordine nascendi secundum & quintum ma-
tris ab ubere raptos, abstulit atra dies & funere merfit acer-
bo, prout ex femilles nativitatē ordine, medias numero,
sc. secundam & tertiam, BARBARAM & ANNAM MARIAM,
infantes cœlo præmisit, superstiribus SOPHIA & CATHA-
RINA, illa natali lege prima, hæc filiarum ultima. Servet De-
us porro, quos servavit hætenus Filios & Filias incolumes,
omniq; virtutum laude & felicitate florentes, & casum ter-
reni

reni Patris, ipse *Pater aternus*, cumulatâ benedictione compen-
pensef, sic ut, sicut palma per damna, per cædes, ab ipso ducit
opes animumq; ferro, quanto nunc magis se miserabiles la-
mentantur, tanto minùs lamentabiles se sub *aterno Patre* &
tanto protectoe experiantur. Jam virtutes & merita Ma-
gnifici Rectoris D. QVISTORPII, programmate copiosè de-
scribere quid attinet? postquam, quàm in Ecclesiâ probat-
um se Deo Operarium, qui non erubescat, stiterit, quàm in-
tentus fuerit sibi ipsi & doctrinæ, & id egerit, ut seipsum ser-
varet & audientes, (quod volunt veri Apostolici canones,
1. Tim. IV. 16. 2. Tim. c. II. 15.) quàm pariter in Academia
Theologi nominis mensuram vitâ & doctrinâ impleverit, de
Religione orthodoxâ, de Juventute Academicâ, ejusq; mo-
ribus & studiis sollicitus, Toti Ecclesiæ, Civitati, Academia
publicè constat. Salvator ipse huic præconio immorari ope-
rosè noluit: sed ad Auditores provocavit. ἐπερώτησεν τοὺς ἀκη-
κοῦτάς Joh. XIX. 20. 21. Et veteres Canones, qui absolutè ordi-
nari quendâ prohibuerunt, Ecclesiæ ad quam ordinentur ju-
dicio celebrari vel publicè approbati Antistites suos volue-
runt, unde illud: ὁ χροπονοῦμενος ἀπικηρῶσται Conf. Canon. 184.
cod. univ. Eccles. vel Chalc. VI. & illud in Pontificali Mogun-
tino in elect. Sacerdotis, ubi præit Episcopus ad populum,
præsentato successore. *Hunc natalibus nobilem, moribus cla-
rum, religione probum, fide stabilem, misericordia abundantem,
humilem, castum, patientem, pacificum, charitatem habentem,
tenacem in cunctis que in sacerdotibus eligenda sunt, bonis o-
peribus exuberantem. Hunc igitur dilectissimi Fratres testimonio ac
bonis operibus electum dignissimum Sacerdotio consonantibus lau-
dibus exclamate & dicite: DIGNVS EST.* Vid. tom. 16. Bibl.
patrū, in Epist. Hincm. Rhemens. Archiep. p. 606. & Epist.
nem. ad Hadabert. Sylvanectens. Ecclesiæ Episcopum. Et hac
publica laude vel judicio Ecclesiæ censeferi quoque Beatus
QVI.

QVISTORPIUS voluit. De cetero, etiam optumi quique
sæpè dum benè faciunt, malè audiunt, & amplissimum opti-
mo Amphitheatrum est bona conscientia, ad quam Augustis-
simus in choro patrum Augustinus, Secundino, Manichæo,
non tom. 2. & ad eò in Epistolis (in quibus nulla Secundino
in scripta) sed tom. VI. in integro libro Secundini opposito,
respondens provocat: *Senti, Secundine, de Augustino, quicquid
libet. Sola in Oculis Dei conscientia me non accuset!* in quo ta-
men sic prudentissimo non de seculo: sed Apostoli testimo-
nio agendum, *ne bonum confessorum Christi blasphemetur.*
Rom. XIV. 16. Extra quod si fuerit, emendatissimus ille,
qui aliis omnibus ignoscit, sed non sibi: culpandus contrà
qui indignatur alienis, blanditur sibi soli. Ita enim aliis ig-
nosendum, ac si semper peccaremus: ita nobis nunquam,
ac si nulli ignosceremus. Et constabit omnis causa ante tri-
bunal Christi: *stat solidum fundamentum Dei: NOVIT DOMI-
NUS SUOS: Abscedas autem ab injustitiâ quisquis invocat nomen
Christi, & de patrimonio Crucifixi vult censi, ac ambula-
tiones in altera vita habere aliquando inter stantes s. Ange-
los Angelo foederis ministrantes.* 2. Tim. II. 19. Sach. III. 7.
Neque verò Beatissimus nos teraliter censi voluit. Si-
cubi: (quod humanum est) ex infirmitate lapsus, candidus &
Deo & offensis agnovit, magnoque cadentibus exemplo re-
surrectionis prævit. *Quis autem accusabit, quos Deus justifi-
cavit? quis condemnabit, pro quibus Christus est mortuus, resu-
scitatus, sedet ad dextram Dei, & intercedit? Quis ab hac cha-
ritate illos separabit?* Rom. II. 33, 34. 35. Igitur extra seculi
censum, dies Vitalis Beatissimo nunc, Collegæ nostro desi-
deratissimo, totus profluxit. Singula bona opera commen-
dare, Programma non permittit, & tutissimè illa reservan-
tur ad diem illum, quo dextrâ sinistrae Servatoris genus hu-
manum discernetur, & audietur apud illos, quos dextra la-
teris

teris comitatus illustrat illud: *Esurivi & dedistis mihi cibum,*
sit ivisti & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nu-
duus & amicum vobis me, egrotavi & visitastis me Matth. XXV, 35.
 36. & causa omnis disceptabitur. Seculo sanè noster exivit,
 antiquam exiret, cujus signum conciones illæ Ominosæ *ide*
emigrando, sub quocunque tandem enthymemate Ora-
 toris, vel ipsius quoque cujus nimis altæ & à nostris discreta
 Viis viæ sunt, sancti spiritus. Ceterum tantam quidem quan-
 tam dies omnis inde à natali Beatissimo QVISTORPIO in-
 dultit largà manu, felicitatem, novissima quidem tempestas
 Morbiletalis ipsiusque mortis intercipere allaboravit,
 quando doloribus Colicis, commotione Spirituum inde fe-
 bri quæq; comitari illam solent, Symptomatibus, in somniis
 anxietatibus, vitalium oppressionem signantibus, mox nec o-
 pinantibus Excellentissimis & Experientissimis Medicis
 faucium inflammatione linguæ excoiatione (quodcunque tandem huic
 Symptomati sive internum sive externum materiale causam dederit) re-
 currentibus animi deliquis, vehementissimè corpus de cetero non a-
 deò solidum affixit: sed & illum febrili flammâ farcium inprimis
 obsessarum, flammam vitalem s. *πυρετον ἐμφυτον* Nostro nuper Col-
 legæ & Rectori Magnifico sic absunit, ut, qui d. 8. Decembr. invase-
 rat, illi d. XXIV. Decembr. hujus, mortalis vitæ lumen (cum jam antea
τελευταιον ἐμωδον s. Sacramentum Eucharisticum sic Græce patribus
 appellatum, percepisset pessit) extinxerit. Tristissimum sanè infelicitatis
 argumentum nisi dies idem, hora eadem noctem illam, nobilioris accen-
 tis in credo lucis æterneque vitæ jucundissimâ vice compensasset, & sic, qui
 interis putabatur extingitur, in credo mox fulsisset, ibique natalem Sal-
 vatoris cum Archangelos Angelos omnibusque Electis triumphantibus
 incomparabili plausu celebrasset. Quis ei Tanto casu, dolorum Optu-
 mus | quisque conceperit, præsens dies docebit, quo exequiæ pa-
 rabuntur Magnifico Domino Rectori, Facult. Theol. Coll. Sen. & Rev.
 Presbyterii Seniori, Professore ac Pastori laudatissimo, quibus exequiis,
 ut tum Boni omnes, tum nostri inprimis ordinis, & SS. Theol. sacris ope-
 ratur frequenter intersint, eâ quâs fas, humanitate singulos
 reverenter & amicè poscimus.

P.P. Sub Sigillo Facult. d. IV. Januar. A. O. R. clj lxx.

QVISTORPIUS voluit. De ce
sa pè dum benè faciunt, malè a
mo Amphitheatrum est bona co
simus in choro patrum Augusti
non tom. 2. & adeò in Epistolis
in scripta) sed tom. VI. in integro
respondens provocat: *Senti, Se
libet. Sola in Oculis Dei consciem*
men sic prudentissimo non de se
nio agendum, ne bonum conse
Rom. XIV. 16. Extra quod si fi
qui aliis omnibus ignoscit, sed
qui indignatur alienis, blanditu
noscendum, ac si semper peccat
ac si nulli ignosceremus. Et cor
bunal Christi: *stat solidum fundam*
NUS SUOS: Abscedat autem ab in
Christi, & de patrimonio Crucifi
tionem in altera vita habere aliqu
los Angelo foederis ministrantes
Neque verò Beatissimus noster
cubi: (quod humanum est) ex in
Deo & offensis agnovit, magnos
surrectionis præivit. Quis aut
ficavit? quis condemnabit, pro quib
scitatus, sedet ad dextram Dei, &
ritate illos separabit? Rom. II, 33
censum, dies Vitalis Beatissimo
deratissimo, totus profluxit. Sin
dare, Programma non permittit
tur ad diem illum, quo dextrâ sin
manum discernetur, & audietur

optimi quique
nplissimum opti
quam Augusti
dino, Manichæo,
nulla Secundino
ndini opposito,
ugustino, quicquid
cusei! in quo ra
postoli testimon
isti blasphemetur.
ndatissimus ille,
ulpandus contra
lta enim aliis ig
obis nunquam,
is causa ante tri
NOVIT DOMI
is invocat nomen
eri, ac ambula
stantes s. Ange
l. 19. Sach. III. 7.
ri voluit. Si
osus, candidus &
ouse exemplo re
quos Deus justia
st mortuus, resu
Quis ab hac cha
tur extra seculi
ga nostro desi
pera commen
è illa reservan
toris genus hu
quos dextra la
teris

